

h. 76, 41.

X 2005763

2
Ya
3305

Ad gloriosissimum
JESU CHRISTI Cosmo-
foteris Triumphum
sub formâ Dramatis

d. Maj. horis à
primâ pomeridianis
celebrandum

Omnes literarum Fautores, Patronos, ac Amicos
veneranter invitat, præsentiam ac audien-
tiam gratiosam rogitans,

M. JOH. BOHEMUS, Poët. Cæs.
Rector.

Dresdæ, typis Heredum Melchioris Bergen,
Elect. Saxon. Typog. 1672.

64

Programma hoc sicut
Seriem Doctum Publicam
in Schola Cruciana Berolyni







JOVA JUVA!

Dostquam *Serenissimus & Pientissimus Princeps ac Dominus, Dominus HEINRICUS, Dux Saxonie, &c.* gloriosissimæ recordationis, ad Regiminis Axioma e-
vectus fuit, nihil prius habuit, nec antiquius, nihil salu-
tarius, utiliusvè censuit, quàm ut unà cum pacis publicæ tranqvilli-
tate, ex ignaviæ contubèrniis domicilia diligentia, ex inscitia er-
gastulis, *Lingvarum ac ingenuarum Artium Phrontisteria* faceret, &
Scholas ac Ecclesias à barbarie Pontificiâ vindicatas in Dei glori-
am purgaret, ornaret, augetet.

Quandoquidem probè intellexit *Sapientissimus Princeps*, Scho-
las eruditas ad doctrinæ & Artium propagationem, quâ nullum in
terris præclarius DEI donum est, summè necessarias, & vitæ hujus
Præsidia esse præcipua, esse Relligiõnis ac Virtutis seminaria: esse
Pædeveria, quæ nobilissima illa *κειμήλια* Lingvarum ac Artium
asservant, & custodiunt, unde omnis in terrâ promanat felicitas &
publicè privatimque conservatur.

Proinde præter cæteras Scholas in Provinciis & opidis suo
imperio subjectis, etiam *Dresdensem* imprimis emendari & renova-
ri in mandatis dedit, Visitatione, ipsius jussu per *Doct. Justum Jonam*,
Præpositum Witebergensem, *Doct. Melchiorum à Kreuz* / *Doct. Georgium*
Spalatinum, *Casparum à Schönberg in Rensberg* & *Rudolphum à*
Rechenberg / *ic.* institutâ, Eamque dotavit gratiosissimè, *Amplissi-*
moq; ac *Prudentissimo Senatu* hujus *Reipublica* commendavit clemen-
tissimè.

Qui *Senatus inclutus* hanc Pietatis officinam etiam indè usq;
ad hoc tempus & paternè curavit & liberaliter conservavit, ut *veri*
Nutricii, ומיניקים וממנים, quo elogio Spiritus S. pium honorat Magi-
stra-

Es. 49. stratum, adeoq; etiamnum, ut *Nutritius Benignissimus* curat, nutrit,
23. conservat. Id quod vel maximè in Templo Gratiarum anathema-
te aureo meretur ornari perpetuò, Tuscisq; literis Æternitati inci-
dendum est, quod & suo tempore, si Deus vitam & vires concesserit, fiet, benè enim de literis meriti Viri, & Musas in honore & de-
center habentes, debitis laudum præconiis decorandi sunt, omni-
q; animi pietate celebrandi.

Jam interea temporis quum tanta beneficia cancellulis me-
moriam sequestrò data, nobis omnem pariandi spem eripiant, atque
præcidant, nosq; referendæ vicissitudini impares simus, vices no-
stras cœlestibus delegamus Virtutibus, solo fatendi privilegio reli-
cto, quod immortalibus à *Nutritius* nostris beneficiis fuerimus ad-
fecti. Nunquam in tantum commasculabit se improbitas, nun-
quam contra Virtutes sic conjurabitur, ut non *Horum nomina* vene-
rabilia & sancta maneant.

Interibi collibitum est impræsentiarum *Nomina Præceptorum
& Collegarum*, qui post Evangelii lucem resplendentem, *Schoia
huic* præfuerunt, inq; eâ docuerunt, piè recensere, juxtaq; *ad Po-
steritatem*, si quæ futura transmittere, præsertim, quum nil quic-
quam sanctius habeat reverentia superstitum, quàm ut amissos ve-
nerabiliter recordetur.

Nomina Collegarum Athenæi Dresdensis
à Tempore Reformationis ab
anno 1539.

Primus Rector fuit

M. Nicolaus Cæsius, *Coburgensis, Philippo Melanchthoni amicis-
simus, ut ex sequente Epigrammate L. 2, in ejus obitum à Philippo conscri-
ptò conijcere licet,*

ERgonè supremis rapuit mors improba fatis
Te, CÆSI, Aonii gloria magna chori?
Hic tua cura fuit juvenilia corda docere
Et mecum Christi multiplicare gregem.

Mox

Mox erit, ut coram cernamur uterque; loquentem
Te λόγον æterno de genitore satum.
Tunc nobis inter sanctos arcana recludes
Omnia, in æthæreâ, Christe benigne, Scholâ,
Intereâ, CÆSI, mihi dilectissime salve,
Perpetuum salve, perpetuumque vale!

*Is ab Anno 1540, ad annum Christi 1558. Rectoris Provinciam administra-
vit. Eò annò d. 25. Februarii, qui Matibia sacer est, ex sectione dexterè
cruris laborantis isto malo, quod Medici σφάκελον ηγή νέκρωσιν, Latini Si-
derationem nuncupant, banc in terris vitam clausit.*

2. M. Tobias Mœstelius, Weidensis. Is anno Christi 1566, hinc
evocatus Lipsiam commigravit, ad officium Protonotarii in Judicio Cu-
riali obeundum, quum Rectoris functioni octo ferè annos præfuisset.

3. M. Johannes Purgoldus, ex opido Henichen, propè Witeber-
gam sito oriundus, quò &, ut fertur, ad Pastoris munus abiit, functus Re-
ctoris officio per quinquennium,

4. M. Fridericus Zörlerus, Kizingensis Francus, qui suam
provinciam ab anno 1571, usq; ad 1581, quum gessisset, Freibergam rever-
sus M. Apelio successit. Fuit in antè Collega Scholæ Freibergensis per
22, annos.

5. M. Bernhardus Heroldus, Pegaviensis, qui ex Scholâ Mers-
burgensi huc venit, & per annum modò officio functus est, quo elapso, offi-
cium spontè resignavit, & Mersburgum rediit.

6. M. Bartholomeus Rülchius, Lomacensis Misnicus, designa-
tus est Rector Anno 1582, Is ex Scholâ illustri ad Muldam evocatus est; Sed
triennio nondum exacto integro, officio se abdicavit, naclius functionem
Ecclesiasticam, primùm Pirna, postea Lipsiæ, & tandem Augustæ Vindelico-
rum.

7. M. Michaël Rackelmann, Weidensis Variscus, Rector factus,
Anno 1585, officio suo præfuit triennium, usq; ad annum 1588. Nam eo
anno fatali quodam malo præter spem & culpam oppressus, & statione
suâ expulsus, in exilium ire coactus est, ex quò tamen post paucorum anno-

rum decursum revocatus in Scholâ illustri Misnensi, Provinciam Conre-
ctoris administravit.

8. M. Casparus Janicius, Budisinus, ex Scholâ Camentianâ buc
evocatus, & in M. Rackelmanni ab officio remoti, locum successus- Sed
non diu in hac statione permansit, anno enim 1591. propter orthodoxam,
seu potius Cacodoxam & Calvinisticam Religionem, quam profitebatur Ja-
nicius ab officio remotus, & urbe exire intra mensuram spatium jussus est.

9. M. Tobias Simon, Dresdensis nactus Reſtoratum post Jani-
cii discessum sub finem anni 1591. Excessit ex hac vitâ 8 Januarii, anno
1624. per 33. annos fermè officio suo fideliter functus.

10. Georgius Hausmannus, Mitvveidensis, Poëta Casareus, è
Scholâ Freibergensi, in quâ tertium locum habuit, buc evocatus. Munus
suum adiit 16. Julii, anno 1624. Obiit d. 28. Januarii, 3. Februarii sepul-
tus, anno 1639, officioq; præfuit fermè 15. annos.

11. M. Johannes Bohemus, Poëta Casareus, è celebri Gy-
mnasio Hallensi in quo fermè per 13. annos Conreſtoratus munere functus
fuit, buc vocatus. Vocationem ad Conreſtoratum Hallensem accepit. d.
5. Aprilis, 1627. & 25. Junii ejusdem anni solenniter introductus fuit. Ad
Reſtoratum verò Dresdensem Vocationem d. 9. Septembr. An. 1639. præter
spem omnem accepit, sicuti literæ ad ipsum benevolè scriptæ testantur, & in
supremò Consistorio Electorali confirmatus, solenniterq; introductus fuit;
& ita hætenus per 45. annos, Dei gratiâ, in Scholis docuit.

Primus Con-Reſtor fuit

1. M. Johannes Tetelbachius Dinckelspülensis ex Suevia infe-
riori, qui postea ad munus Pastoris Misenam ad D. Afræ vocatus est.

2. M. Johannes Vinitor, Dresdensis.

3. Johannes Rosbachius, Oelsnicensis Variscus, factus tandem
Diaconus.

4. M. Joh. Cuspadius, Dresdensis, Diaconus deinde factus.

5. M. Georgius Biedepoff / Schæbergensis.

6. Christophorus Lucius, Dresdensis, ad Diaconi officium hinc
vocatus.

7. M. Geor-

7. M. Georgius Graupicius, *Dresdensis*.
8. M. Matthias Schumann / *Dresdensis*, qui fuit antè Ludimoderator Scholæ Schlackenaviensis per quinquennium.
9. M. Tobias Simon, *Dresdensis*, postmodum Rector factus.
10. M. Casparus Fuggerus, *Dresdensis*, qui obiit, d. 24. Julii, Anno 1617.
11. M. Johannes Eulenaus, *Wurzensis*, qui officium adiit, 18. Decembr. Anno 1617. factus postmodum Pastor in oppido *Werdau*.
12. M. Caspar. Henricus Mittelstadt / *Dresdensis*, introductus d. 18. Junii, Anno 1627. factus postmodum Diaconus in veteri *Dresda*.
13. M. Michael Lembach / *Dresdensis*, introductus 2. Februarii, Anno 1633. postmodum Anno 1640. mense Decembri factus Pastor in pago *Plauen* / propè *Dresdam*.
14. M. Petrus Bertram / *Naumburgensis*, è Schola *Naumburgensi*, ubi Corrector fuit, huc evocatus fuit, d. 16. Februarii, & 27. Februarii introductus Anno 1641. Postmodum Pastor factus in pago *Schönfeld* / quam functionem adiit d. 9. Octobris, Anno 1649. Vocatus deinde ad Pastorum in oppido *Lausig* / propè *Lipsiam* d. 20. Novembr. Anno 1661. Tandem Pastor factus in *Briesnitz* propè *Dresdam*, Dom. 1. Adventus Anno 1671.
15. M. Gottfried Knaut / *Döbelensis*, antea Tertius, auspiciatus est lectiones suas d. 26. Novembr. 1649. Factus est Pastor *Strelensis*, d. 11. Septembris, Anno 1652.
16. M. Benjamin Stollberg / *Röthaviensis*, introductus d. 20. Decembris, Anno 1652. Moritur d. 14. Aprilis, 1662.
17. M. Johannes Augustinus Egenolphus. *Erffurtensis*, è Scholâ *Chemnicensi*, ubi Rectoratus munere functus est, huc vocatus, & introductus fuit 30. Junii, Anno 1662.

Collega Tertii.

Inter Cantores (tunc temporis tantum quatuor fuerunt Collegæ, & Tertius fuit Cantor, successu verò temporis duo additi fuere, & Cantoratus translatus ad Quartum, Primus fuit

1. Sebal.

1. Sebaldus Baumannus Norinbergensis, ist hernach Wirth oder
Gastgeber zum Goldnen Löwen worden.

2. Johannes Sölnerus, postea factus Pastor in pago Leubeniz pro-
pe Dresdam.

3. M. Andreas Fando, Vandalus, ex Scholâ Senatoriâ Lipsiensi
huc vocatus.

4. Andreas Petermannus, Dresdensis.

5. M. Casparus Fuggerus, Dresdensis.

Hic Cantoratus ad Quartum Collegam
translatus fuit.

6. Thomas Pitschius, Dresdensis, qui per 47. annos cum dimi-
diô functioni suæ præfuit. Obiit 1. Junii, Anno 1612.

7. Wolffgangus Jenichen, Vetero-Dresdensis, fuit primùm
Quintus Collega ab 1595. die 18. Jan. usq; ad annum 1612. quo anno Tertius
factus, & 17. Septembris introductus fuit, cui classi indefatigabili diligen-
tia & summa laborum tolerantia per 32. annos cum dimidio præfuit, do-
nec tandem, Anno 1644. d. 27. Martii officio suo, ob penitus prostratas &
in pulvere Scholastico elisas vires corporis, spontè sua valedixit. Quem
meritisimum Senem Senatus Amplissimus non tantum rude donando
benevolè dimisit, sed & de sustentatione & sat honorifico stipendio ad
tempus vitæ laudabiliter prospexit. Quæ gratiosa Senatus incluti mu-
nificencia & erga meritum Præceptorem ac Collegas singularis benevo-
lencia, uti omni laude ac de prædicatione; sic grata apud Posteris recorda-
tione omninò dignissima est, adeoq; hic loci minimè reticenda. Natus fu-
it 4. Novembris Anno 1564. Denatus a. 19. Aprilis 1649. Vixit 84. an-
nos, 23. septim. 4. dies, & 8. horas.

8. M. Gottfried Knaut / Döbelensis, introductus d. 27. Maji,
Anno 1644.

9. M. Tobias Sternebeck / Misnensis introductus fuit d. 25. O-
ctobris 1649. Obiit d. 25. Aprilis, Anno 1653.

10. Isaac Starck / Mirvveidensis Misnicus è Sebola Bardovicana
propè Lunenburgum, in qua Ludimoderatoris fasces gessit huc vocatus.
Introductus fuit d. 20. Septembris 1653. Col-

Collegæ Quarti.

1. Antonius Rudolphus, postea ad Diaconi in hac urbe officium euectus.

2. Andreas Cuspadius, qui post Correctoris, deinde & Diaconi munere functus est.

3. Christophorus Lucius, qui & ipse postea Correctoris & Diaconi munere functus est.

4. Andreas Petermannus, Dresdensis.

5. Sebastianus Frölich / factus tandem Pastor in pagò Ketschenbroda.

6. Thomas Pitzschius, Dresdensis.

7. Basilius Colerus, Altenbergensis, Cantor.

8. Bartholomæus Petermann, Dresdensis, Cantor.

9. Christophorus Ließberger / Dresdensis, Cantor. 1612.

10. M. Samuel Rülingius, Groicensis, Cantor introductus d. 17. Septembr. Anno 1612. Diaconus postmodum in hac urbe factus, d. 25. Octobr. Anno 1615.

11. M. Christophorus Neander, Coldicensis Cantor Anno 1615. Mortuus d. 21. Januarii 1624.

12. Michael Lohr / Marienbergensis, Cantor è Scholâ Rochlizensè Anno 1624. d. 30. Martii huc vocatus, & 20. Maji ejusdem anni introductus. Mortuus est d. 17. Febr. hor. 4. à pomeridianâ, Anno 1654.

13. Jacobus Beutel / Misnensis, Cantor Lucanus in Lusatiâ, unde evocatus 1654. d. 20. Junii ejusdem anni introductus fuit.

Collegæ Quinti.

Quod ich / schreibet B. Daniel Greiser / Superintendens, in Curriculo vitæ suæ fol. 31. bin gen Dresden kommen / sind mir viererley Arten Schuldiener gewesen / als Rector, Supremus, Cantor und Baccalaureus: Jedoch / weil der Jugend vielmehr worden / und es diesen zu schwer hat werden wollen / so viel Kinder zu beschicken und zu bestreiten / so hat man endlich ihnen auch noch Quintos und Sextos, item, vor wenig Jahren auch aus denen Majoribus Discipulis Regentes zuordnen und zugeben müssen.

In der Visitation-Matricul 1575. befindet sich / daß Johannes Vintzerin, als der erste Quartus und in der Visitation-Matricul 1580. Venceslaus Fehrmann / so damals 5. Jahr in dieser Schul als der andere Quartus, Joachimus Kitzin aber /

B

so

so damahls in der Schul am Dienste 4. Jahr gewesen/sich als Sextus Collega unterschrieben. Vor diesen aber ist Zacharias Fuggerus 1575. schon Sextus gewesen/und also der erste. Sind also die Qvinti & Sexti Anno 1575. sub Rectore Zorlero zu erst angenommen worden.

Fuit itaque in Qvinti Collegæ statione primus

1. Johannes Wintzerin.
2. Georgius Carpius, *Misnensis.*
3. Balthasar Wagnerus, *Dresdensis.*
4. Jeremias Mylius, *Bornensis.*
5. Marcus Grahl, *Alten-Dresdensis postmodum factus Pastor in pago Weisig/propè Radebergam.*
6. Johannes Weizerus, *Dresdensis.*
7. Wenceslaus Fehrmann/ *Dresdensis, factus andè em Pastor in pagò Roswig.*
8. Joachimus Kitzius, *Dresdensis, qui hic mortuus.*
9. Wolfgangus Jenichen, *Vetero-Dresdensis, introductus Anno 1595. d. 18. Januarii.*
10. Ambrosius Stephani, *introductus 17. Septembr. Anno 1612. ob cæcitatem ab Anno 1635. d. 14. Julii usq; ad annum 1639. d. 18. Novembr. quo mortuus est, officio suo perfungi non potuit. Officium tamen Magistratu inclutò laudabiliter ita disponente, Salarium & omnia Accidentia, uti vocant, retinuit, absq; ullò Substituto. Vices ipsius intereà quidam ex Majoribus Discipulis sustinuit.*
11. Samuel Helmert/ *Pausensis Variscus introductus d. 6. Martii. Anno 1640. Obiit d. 5. Septembr. à midia 12. ante meridiem, An. 1661. ultra 50. Annos de pube Scholasticà optimè meritus & Collegii Senior, d. 11. ejusdem mensis solenniter terræ mandatus fuit, Anno ætatis 73. cum 30 septimanis, & 2. diebus.*

In cujus Obitum seqvens Carmen scripsit Rector

M. Joh. Bohemus.

Sic tandem, Senior, meritisq;, Annisq; verende
Cedis in usque mihi Patris amate locò?
Antiquâ Vireras præstans Virtute. Vetustas
Plus Candoris habet, plus probitatis habet,
Vir priscae fidei, nulli gravis, inque labore
Assiduus, Pacis per studiosus eras.

Qvid

Quid sanctos referam mores, vitamque peractam,
Quæ verbo Christiconsona tota fuit?
Quæ pietate caret, non est doctrina putanda;
Et Christum ignorans bellua totus homo est.
Hinc quoque charus eras cunctis. Schola tota calyptram
Induit atque tui mœsta feretra gemit.
Optat, adhuc formes, puerorum pectora doctò
Ore, fide, cantu, moribus, eloquio,
Te monstrante viam, studiis operata Juventus
Fausititer Aoniis ora rigabat aquis.
Verùm fractus eras annis, & mole laborum,
Quam pauci nôrunt, quanta sit illa Scholæ.
Præsertim hęc seculo, quò vix corruptius ullum
Vel fuit, Errorum dum genus omne furit,
Et moreris notò senibus, Collega, marasmò:
Stat, cadit, arbitrio vitaque morsque DEI.
Hinc quia nescimus, quo momine migraturi,
Par est extremum plus meminisse diem.
O tibi ter! quater ô tibi, felicissime, fausto!
Astra super placidæ tempora Pacis agis.
Plus quinquaginta docuisti gnæviter annis
Discipulos mores cum pietate bonos,
Justitiæ duxti multos in tramite: cœli
Hinc factus pares lumine luminibus,
Jam, benè cœlestes cantas super axe Motetas,
Atque tui pendes totus ab ore DEI.
Salve, Sancte Senex! Tibi, quod Politeuma subisti
Gratamur. Salve perpetuumque vale!
Donec is ille dies iterum nos junget Olympo,
Gaudia ubi tecum summa perennis agam.
Gaudia, quæ nemo audivit, quæ nemo vel unquam
Vidit, ubi existet vel Schola nulla Crucis.
Noste nempè brevi, nec erit mora longa, seqvemur,
Propitius quum nos jusserit ire DEUS.
Exis è vitâ placidè, modò vivis in axe,
In terris nescit fama parata mori.

Felix! ò nimium felix, cui ducere vitam
 Tam benè Jova dedit, tam benè posse mori!
 At tu, Christe, Scholam serva, nî juveris, actum est,
 Serva, ut fervetur gloria honorqve tuus,
 Cœtera labuntur tacitè fugientia: Musæ
 Quam dant defensæ, laus pia morte caret,
 Atqve alium nobis doctum largire, piumqve
 Collegam, Pacis qviqve laboris amans,
 Pallas ait: Plures cupient formare juventam
 Plures inter, ubi Samuel alter erit?
 Sunt Præceptores rari, qvi sunt satis apti
 Spartæ, cum fructu qviq; docere qveunt.
 Christe, audi, atqve alium Samuelem suffice nobis,
 Qvi sit tam concors, tamqve laboris amans.
 Et Schola nostra Tibi grates, laudesqve perennes,
 Livida qvas neqveat carpere turba, canet.

12. Andreas Kraut / *Paleo-Dresdensis, Alumnorum antea Regens, in-*
troductus d. 25. Novembr. 1661.

Collegæ Sexti.

Sextus Collega reliquis additus est sub Rectore M. Friderico Zör-
 lero, Anno 1575. Fuitqve

1. Zacharias Fuggerus, *Dresdensis.*
2. Joachimus Kitzius, *Vetero-Dresdensis.*
3. Thomas Furhoccus, *Vetero-Dresdensis.*
4. Georgius Cuno, *aliàs Rühn / Freibergensis.*
5. Ambrosius Stephani, *Lobschützensis, postmodum Qvint^{us} factus.*
6. Samuel Helmert / *Pausensis Variscus, introductus d. 17. Sept.*
Anno 1612. In Qvinti locum deinceps surrogatus.
7. Christophorus Frölich / *Romburgensis Bobemus, vocatus d.*
20. Febr. Anno 1640. introductus d. 6. Martii ejusdem anni. Hic d. 6. Junii
Anno 1643. vocatus ad Cantoratum Freibergensem Christophoro Deman-
tio successit. Qvod officium adiit d. 20. Novembris ejusdem anni.
8. David Müller / *Paleo-Dresdensis Cantor quondam Pulsni-*
censis in superiori Lusatiâ introductus d. 27. Novembr. Anno 1643. Obiit
d. 1. Septemb. hor. 7. vespertina Anno 1667.
9. Simon

9. Simon Better / Buxdorffensis, antea Alumnorum Regens in-
troducitur, d. 30. Martii, 1668.

Alumnorum Regentes,

Regentes, uti vocant, qui tantum à Rectore ex Majoribus Discipu-
lis recipiebantur, quorum quidē nomina haberi potuerunt, fuerunt.

1. Martinus Preßler.
2. Martinus Barth.
3. Christophorus Martinus.
4. Petrus Papius, Anno 1587.
5. Leonhard Dreselius, sive Dreslerus, Anno 1598. mansit usq̄
ad annum 1607. ubi ei successit.
6. Thomas Gebauer / Pulsnicensis, anno 1607. hinc vocatus ad
officiū Ludimoderatoris in Pülnitz. Anno 1608.
7. Martinus Stentzlerus, Marchicus, Anno 1608. mansit usq̄ ad
annum 1610.
8. Samuel Helmert / Pausensis Variscus, Anno 1610. postmodum
Collega factus, Anno 1612.
9. Michael Wegerus, Dresdensis, Anno 1612. vocatus Anno
1616. Hainam ad officium Collegae infimi, ubi & mortuus est.
10. Georgius Göbelius, Dresd. receptus Anno 1616. mansit usq̄
ad annum 1617.
11. Johannes Bartholomæi, Anno 1617.
12. Jacobus Morgenstern / Jüterbocensis, successit Anno 1618.
qui Anno 1623 factus Ludimoderator Vetero-Dresdensis ubi & mortuus
est.
13. Christophorus Frölich / Romburgensis, receptus in Festo Pa-
schatos, Anno 1633. Mansit usq̄ ad Festum Pentecostes, Anno 1640. u-
bi Collega factus infimus. & postmodum Cantor Freibergensis Anno 1643.
mense Novembri.
14. Wolffgangus Fende / Schlaizio-Variscus, receptus in Festo
Pentecostes. Anno 1640. abiit d. 29. Octobris Anno 1643. in Voigtlandiam
vocatus ad munus Pastoris obeundum in pago Löbma prope Schlaizium,
factus deinde Pastor in Ottersdorff / ubi & mortuus est.
15. Immanuel Gerber / Mirveidensis, hic in ante Discipulus, re-

ceptus d. 2 Martii, Anno 1644. Contulit se anno 1645. d. 13. Martii studiorum gratiâ Lipsiam & postmodum factus est Pastor in Colmen prope Colditium, jam est Pastor Freiberga in aede S. Petri.

Suffragan

16. Donatus Schomer / Grimmensis Misnicus (qui etiam in antè Discipulus) ex Academia Witebergensi evocatus introductus fuit d. 20. Aprilis, Anno 1645. factus est Anno 1648. Pastor in pago Oberau prope Misniam.

17. Georgius Wehrmann / Hainchensis Misnicus, etiam in Scholâ Dresdensi educatus & Witebergâ evocatus. Recipiebatur d. 30. Octob. 1648. Quum pridie ejus diei PAX in imperio Romano publicaretur. Successit Schomero & Pastor factus est in Oberau, d. 11. Maji, Anno 1654.

18. Sigismundus Schneider / Freibergensis, in antè hic Discipulus, introductus d. 12. Maji 1654. abiit, d. 27. Novembr. 1657. vocatus ad munus Pastoris in pago Neunkirch.

19. Christophorus Koch / Camentio-Lusatus, in antè hic Discipulus, introductus d. 26. Novembr. Anno 1657. mansit usq; ad annum 1659. d. 28. Septembr.

20. Andreas Kraut / Paleo Dresdensis (qui etiam in Scholâ nostrâ educatus fuit) introductus d. 20. Novembr. Anno 1659. Postmodum factus est Collega Quintus Anno 1661.

21. Johannes Samuel Adam, Dresdensis, in antè hic Discipulus introductus d. 25. Novembr. 1661. Factus est Magister Witebergæ 1664. in festo Michaelis, & Pastor in Rabenau, d. 1. Junii 1667. **T**

*T. in
Fretsch
auf
sub
Freiberg*

22. Simon Better / Buxdorffiensis, in antè hic Discipulus, introductus, d. 1 Junii, Anno 1667. Postmoaum factus est Collega Sextus.

23. Adamus Walther / Radebergensis, introductus d. 30. Martii, Anno 1668.

Triumphum Anastaseos Christi prægloriosissimum celebrabunt sequentes:

Johannes Kettelgruber / Dresdensis Misnicus, Prologus.

Johan. Christophorus Schreiber / Dresdensis Misnicus, Tbraso.

Christianus Andreas Schulze / Paleo-Dresd. Misnicus, Sanga.

Georgius Tübelius, Plauensis Misnicus, in Academiam Witebergensem discessurus. Donax.

Samuel Neumann / Leostein, Misn. Witebergam discess. Simalio.

Sa.

Samuel Manitius, Rennersdorffensis Lufatus, *Magdalena.*
Jacobus Sigismundus *Fuchs*, Dippoldisvv. Misnicus, *Maria.*
Christianus Rudolphus *Tranitz*/Königst. Misnicus, *Salome.*
Christianus *Mey*, Francomontanus Misnicus, *Angelus.*
Georgius Sturmius, Geisingensis Misnicus, *Jesus.*
Johannes *Henzschel*/Radebergensis Misnicus, *Caiphas.*
Georgius *Kirchner*/Rensbergâ Misn. Witeb. discessurus *Hannas.*
Johannes *Böckel*/Bernsteinensis Misnicus, *Petrus.*
Gotofredus *Günther*/Grimm, Misn. discessurus Wit. *Johannes.*
Johan Christianus *Külcke*/Dresdensis Misnicus, *Cleophas.*
Jacobus *Döring*/Henichensis Misnicus, *Lucas.*
Jacobus *Kremberger*/Warschaviensis Polonus, *Thomas.*
Christianus *Meschke*/Regiopontanus Lufatus, *Epilogus.*
Michael Benedictus, Dresdensis Misnicus, *Carmen Latinum de Resurrectione memoriter recitabit.*

Tobias *Renner*/Dittersb. Misn. *Carmen de eadem Germanicum.*

Christophorus *Tittel*/Breitenaviensis Misnicus, *concludet & debitas gratias Auditoribus Honoratissimis aget.*

Supereft, ut affurgamus in vota & DEO indulgentissimo Patri, pro Lycéi nostri, per tot annorū decurfus, confervatione clementiffima, gratias agamus devotas, Eundemq; ardentibus fatigemus precibus, qvô & deincepe tempore, contra omnes novercantis fortunæ insultus, & Bellonæ rabiem Eam, cum Urbe totâ inclutâ confervare, & omnes hostiles furores, omniaq; Nocitura imminetia,

Vndiq; qvæ nobis mala Nona minatur, Enyo,

Vulcanusq; vorax, Ennosigæus atrox,

â nostris laribus avertere & averruncare velit benigniffimè. Sint porrò, qvi benefaciant, & qvi benefacta æstiment, juxta atq; benè collocent: Sint porrò, qvi fideliter doceant, & qvi alacriter difcant: Sint porrò, qvi Scholas fovéant, tueantur, & non deprimant, unde Ecclesia Doctores, Respubl. Principes & Magistratus, Domus Patresfamilias, eruditos, sapientes, honestos accipiat! Sint porrò, qvi Mufas, Earumq; Cultores honorificè habeant, & contra Eos, qvi ficubi non inveniunt, qvòd palam reprehendant, clanculum invidere & mordere folent, studia contempta & exofa reddunt, paternè defendant! Nôrunt, qvi prudentes, bonas Artes, ac Lingvas honore nutriri.

Spe-

Specimen est, inquit *Symmachus*, benè florentis Reipublicæ, si & præmia abunde & honores penduntur Disciplinarum Professoribus. Scripsit, incidit καὶ ἀφοσίωσιν Poeta, quidam in singularem Regis Galliæ Honorem, hoc anno, de Ædificio Parisiensi Loure dicto, hoc distichon:

Par Urbi Domus hæc, Urbs Orbi, neutra triumphis

Et belli & pacis par, Ludovice, tuis.

Ob gleich diß Haus der Stadt/ die Stadt der Welt sich gleichet/
So ist doch/zu wig/nichts/ daß deine Sieg' erreichet.

Pro quo ex mandato Regis soluti sunt ei 6000 Reales; atq; in hoc Rex superavit Venetos, qui Poetæ Sannazario pro his tribus sequentibus distichis de mirabili urbe Venetiis 600. Ducatos dederunt:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis

Stare Urbem, & toto ponere jura mari,

Nunc mihi Tarpejas quantumvis Juppiter arces

Objice, & illa tui mœnia Martis, ait.

Si pelago Tybrim præfers, Urbem aspice ætræ amq;

Illam homines dices, hæc posuisse Deos.

Neptun sah' in der Fluth Venedig herrlich stehen/
Und über Land und See ihr Reich und Herrschafft gehen /

Nun/ sagt' er/ Juppiter erheb' der Römer Schloß/
Und mache wie du wilst mit Martis Stadt dich groß.

Die Tyber ist kein Meer: sprich/ wenn du sie beschauet/
Die Menschen haben dort/ die Götter hier gebauet.

Verum talia, ut ἀπεodiόνουσα, referre nec hujus paginæ res est, nec temporis, verendumq; ne subactioris judicii quidam illud Horatii in aurem susurret: *Sed nunc non erat his locus!* Finio, & Abeuntibus Spiritus S, gratiam benedictionem & omnia fausta ac felicia voveo!

Ite catè, & gratè discedite, abite, Patronos

Det faciles vobis, det bona quæq; Deus!

Et vestris studiis benedicat cœlitus! ite!

Ite favente DEO, faustiter ite, piè!

Ite, valete, DEO comitante, juvante, tuente,

Ite, DEO, incolumes! ite, redite Sophi!

Soli Deo gloria!

AA Ya 2305

1017

n. 5.

h. 76, 41.

JESU

Omnes literari
veneran

M. JO

Dresdæ,

*Prinzessinnen
Serien*

2
Ya
3305

no-

Amicos

n-

2,

Dresden

